

- notavit. Adducitur saepius 'Ināja, v. Vol. II, p. offi sq. — Sequuntur, eadem manu scriptae,
- 16°. p. 204—210, variae quaedam observationes juridicae cet., quae Auctori inter legendum in mentem venerant.
- 17°. p. 212—227. Observationes ad initium كتاب الهية ex opere Hidajā, v. ed. Calc. p. v., coll. 'Inājā, Vol. IV, p. ٢. sq. In hoc tractatu, qui ita incipit: الحمد لله ذي المن والعطاء الخ, citantur, ut e nominibus margini adscriptis patet, زكرياء, قاضى زاده, ابن كمال پاشا, افندى cet. In fine haec legitur subscriptio:
- حزرة العبد الداعي لعالي جنابة عيى اذآ
عباد الله محتاج بابه المنفصل عن مدرسة ابن
ولى الدين بيروسة المكروسة القرمانى اللارندى
- 18°. p. 228—237. Observationes, quae Auctori, cum opus التلويح, حاشية التوضيح ejusque appellatam (v. Hāgi-Cal. II, p. 444) sub auspiciis viri summi زاده يستان legeret, in mentem venerant. Primus locus, ad quem nonnulla observat, est: قال سعد الملة والدين فى: فصل كيفية السماع الخ
مكمد بن خداداد الموروى من
تلاميذ فخر العلماء اخى زاده
- Omnes hi tractatus senioris aevi sunt.

IV. Libri Persice scripti, aut ad linguam et litteras Persicas spectantes.

A. Lexicologici argumenti.

N. CLIX.

(Ex Willm. Cat. n. 83, p. 15. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 8° min., 309 paginarum, manu A. F. Woltersdorffii perspicue scriptus et bene compactus orientalem in morem. Exhibet Lexicon Persico-Germanicum, ordine alphabetico dispositum. Willmetus statuit, illud a Woltersdorffio ipso in Oriente fuisse confectum, cui opinioni sane favet habitus libri, quippe in quo voces sub primâ harum litterâ, nullâ subsequentium litterarum habitâ ratione, sine ordine collocantur. Nihilominus nota, p. 306 seriei nominum (p. 306—309) praemissa: »Verschiedene »Nomina, welche im Manuscript nur mit Lateinischen Lettern geschrieben waren" luculenter docet, eum in hoc libro conficiendo etiam fonte scripto usum fuisse, quoniam, me ignorare fateor. In fine Lexici additur Appendix mensium, dierum et festorum Persicorum.

B. Epistolaris argumenti.

N. CLX.

(Ex Willm. Cat. n. 213, p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58, n. 34.)

Codex in 4°, 70 paginarum, nitidissime exaratus et bene conservatus. Singulae paginae complectun-

tur 8 lineas, charact. شکسته et نسخی ita scriptas, ut cuique lineae charact. priore eadem charact. posteriore subjungatur. De anno sive librario nihil constat.

کتاب ترسیل من منشآت خواجه
stat. Continet (1). Auctor, Iscandar-bek Monšī, memoratur a C. Stewartio, *Original Persian Letters*, London, 1825, Introd. p. I et, nisi fallor, idem

est, qui a. Ar. 1025 opus عالم آرای عباسی composuit (2). Optime enim cum hac sententiâ quadrant epistolae, ab عبد المومن خان اوزبک, et praefectibus Šahī Abbāsī Magni sibi invicem datae, quae p. 36 sqq. et p. 45 sqq. reperiuntur (3). Est liber elementarius, qui varias litteras fictas et authenticas complectitur ad epistolographiam addiscendam. Inter epistolas, quae praeter dictas majoris momenti

sunt, epistola est, quae p. 59 sqq. exstat: نامه که نواب اشرف اقدس ارفع اعلیٰ به احمد پاشا حاکم دار السلام بغداد نوشته اند. Hujus operis, post bismillam sic incipientis:

ای کرده بکلک صنع ترکیب بشر
انشا تو نقش بسته اجسام صور

aliud exemplar mihi non innotuit. — In fine (p. 65—70) alienâ manu adduntur figurae in computando usitatae apud eos, qui res pecuniarias tractant. Figurae hae similes sunt iis, quas Stewartius l. I. p. VIII »Rukkum" appellat.

(1) Sic enim titulus in Codice exstat.

(2) V. de hoc opere *Z. d. D. M. G.*, XV, p. 457—501.

(3) Cf. Malcolm, *the History of Persia*, I, p. 525.

C. Argumenti, ad Litteras humaniores pertinentis.

N. CLXI.

(Ex Willm. Cat. n. 139, p. 22. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4^o, 313 paginarum, charact. نسخی ad vergente valde perspicue et eleganter scriptus et bene compactus. Folium primum, quod perierat, aliâ manu restitutum est. Anni notâ caret. Continet opus notissimum گلستان auctore Sadi (+ 691).

N. CLXII.

(Ex Willm. Cat. n. 138, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 601, n. 1125.)

Codex in folio, ligaturâ corneâ nitide compactus et optime conservatus. Continet idem opus ac Num. praec. Textus persicus (265 pagg.), charact. تعلیف eleganter exaratus, totus chartâ intermediâ instructus est, versionem Latinam Georgii Gentii (1) continente. Textus ille persicus jussu Danielis Havartii Hollandi a. H. 1086 Golcondae scriptus est a librario, qui se ipsum vocat (v. p. 14) العبد اقل العیاد شاه قاسم, versio Latina eodem tempore, a Chr. 1676, eodemque loco ab ipso Havartio. Hic, Amstelodamensis, Medicinae Doctor fuit (2), qui Litteris simul ope-

(1) Ea nempe, quae a. 1651 Amstelodami prodit sub tit. *Musladini Sadi Rosarium Politicum*. Notae, quas Gentius p. 533—629 adjecit, hic desiderantur.

(2) V. de eo *Biogr. Woordenb. der Nederl.* in v. Edidit a. 1693 versionem operis, a Joh. Munniksio Latine editi, sub tit. *De practijk der Heel-konst*.

ram dabat (1). Ex Indiâ, ubi ad annum 1686 usque degebat et unâ cum Cornelio Muttero (2) linguam Persicam addiscebatur, in patriam redux, Trajecti ad Rhenum sedem fixit. Hinc postea die 25 m. Januarii a. 1701 Codicem nostrum dono dedit Muttero in memoriam priscae amicitiae fraternae (3). De Codd. Lugd.-Bat., qui گُلستان exhibent, v. Dozy, *Cat. I*, p. 354 sq.

N. CLXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 141, p. 22.)

Liber in 4°, 8 paginarum, ipsius Willmeti manu scriptus a. 1780, et ligaturâ chartaceâ orientalem in modum compactus. Continet varias lectiones ad گُلستان, quas J. J. Schultensius e Cod. Lugd.-Bat. 1244(1) (v. Dozy l. 1.) suo exemplari editionis G. Gen-

(1) Minus felici, ut videtur, successu. Versio enim Belgica Sadii Bostâni, quae a. 1688 Amstelodami prodiit, et versio etiam Ovidii *Tristium*, quam in Indiâ confecerat, et a. 1692 Trajecti ad Rhenum edidit, non laudantur.

(2) Est idem vir, cujus opera memorantur in *Cat. Libr. Mss. Relandi*, nempe p. 1, n. 2: »Gulistan sive Rosarium » politicum, auctore Scheich Sady lingua Persica conscriptum, cum versione Belgica Corn. Mutteri" et plura alia opuscula tam Persica quam Malaica, v. p. 3, n. 30 et 32, p. 4, n. 3, p. 7, n. 36.

(3) Quae hic postremo loco dixi, singulari modo mihi innotuerunt. Folia enim duo priora in Codice conglutinata a se invicem divellens, hanc inveni inscriptionem: »Dit »boek schenkt aan zijnen besten vriend, de h' Cornelis » Mutter, die met hem te gelijk, in de stad Golkonda, » 1675, de perssiaansche tale heeft beginnen te leeren, tot »onderhouding van een onverbrekelijke vriendschap

Utrecht
25 Jan. 1701.

Zijn D. dienaar
en vriend
D. Havart.

tii adscripserat. Ex hoc exemplari, quod in J. J. Schultensii *Cat.* exstat inter Libros omissos in Fol. p. 585 n. 1116*, hoc nostrum apographon confecit Willmetus. Continet non nisi varias lectiones ad pagg. 2—10 et 84—98 ed. Gentii.

De Lâmiî (+ 938) Commentario in Praefationem libri گُلستان vide infra inter Turc. Num. CCIII (ex Willm. Cat. n. 140).

N. CLXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 145, p. 22. Ab hoc emtus est (conjunctim cum n. 187 Catalogi Willm.) e bibl. Bruinî (n. 56), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsenî, cujus vide Catal. p. 165, n. 729. Uterque num. 145 et 187 oriundus est e bibl. J. Golii, cujus vide Cat. p. 22, n. 6 et 2.)

Codex in fol., 98 paginarum, charact. نستخى nitide scriptus et bene conservatus. De ejus librario atque aetate vide supra ad Num. CXI (ex Willm. Cat. n. 50). Continet opus notissimum بهارستان auctore Gâmi (+ 898), v. Hâgi-Cal. II, p. 70. De Codd. Lugd.-Bat. v. Dozy *Cat. I*, p. 557 (1).

N. CLXV.

(Ex Willm. Cat. n. 143, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. Walravenî, cujus vide Catal. p. 58, n. 30.)

Codex in fol., 176 paginarum, charact. نستعلیق

(1) Pro »(+ 891)», quod hic exstat, l. »(+898)», coll. Tom. II, p. 120. Exemplaribus, a Dozyo memoratis, addi possunt Cod. Petrop. 422(12), Goth. 81 (e *Cat.* Pertschîz). Ex hoc Pertschîz Catalogo p. 107 item patet, Codicem Lugd.-Bat. 827 exhibere Commentarium Šamî (شمعی, + post a. H. 1000) et Codicem Goth. 82 aliud hujus exemplar offerre.

scriptus et ligaturâ occidentali bene compactus. Anni notâ caret. Continet رساله كنج رتن, sive historiam viri sapientis, كنج رتن dicti, auctore urbis Delhi incolâ, qui se ipsum vocat بن جكجيونداس بن (sic) رايمل, v. p. 19 et 172. Hic a.° H. 1030, regnante ابوالمظفر نور الدين محمد جهانگیر (a.° H. 1014—1037), opus Persice concinnavit. Liber, floridâ oratione scriptus et versibus intertextis scatens, sic incipit: بسم الله الرحمن الرحيم هست كلید در گنج حکیم ابتدا میکنم من این کتاب را بنام حکیمی که الخ. Alia exemplaria mihi non innotuerunt.

D. Poëtici argumenti.

N. CLXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 150, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, in cujus Catal.° nescio sub quo num.° (fort. n. 7020 in p. 605) lateat. — Codex hiece oriundus est e bibl. J. Golii, in cujus Cat. exstat sub Misc. in 4^o p. 21 n. 77.)

Codex in 8°, 184 paginarum, charact. نستعلیق exaratus et ligaturâ orientali bene compactus. Anni notâ caret; e subscriptione apparet, quemdam 'Abdo'l-lâh 'ibn Çâlih die 5^o mensis Çafar eum absolvisse; annus vero non additur. Nota possessoris anni 1.4⁴ et historia Codicis modo tradita aetatem postulant duorum certe seculorum, sed sine dubio Codex antiquior est. Continet res a Rostamo ejusque filio Farâmarzo in Mâzandarâno praesertim atque in Indiâ gestas et unus mihi videtur ex illis libris, qui ad exemplum Operis celebrati Firdüsîi historias ejus selectas modo uberiore tractant (1). Textus enim ab

(1) Conf. Mohl, *le livre des Rois*, Préface, p. 54 sqq.

illo Šahnâmae prorsus differt et multas res appingit, quas frustra apud Firdüsium quaeras. Si fides subscriptioni haberi potest, Auctor ignotus poemati suo titulum dedit شبرنگ نامه, quod eo probabilius mihi videtur, quia ipse ille شبرنگ magnas in poemate partes agit. Post bismillam Codex, eodem metro quo Šahnâma conscriptus, statim sic incipit:

الا آي شده غرق دريای آز تو كوته زمان وزمانه دراز
دل اندر سرای سپنجی میند که با تو زمانه کند ریشاخذ
آغاز داستات شبرنگ و دیو: *Primum* caput inscribitur:
گفتن شبرنگ با مادرش از: *secundum*, سازندران
فتراد و آگاه شدن از كاووس, et sic porro. Alia hujus operis exempla mihi non innotuerunt.

N. CLXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 147, p. 22. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 59 paginarum, charact. نستعلیق nitide scriptus et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. De librario atque aetate libri nihil proditur. Continet opus celebratum et Calcuttae editum c. t. عطار پند نامه (1), (+ 627), v. Hāgī-Cal. II, p. 68. Multae, sed tantum fere in initio, huic Codici adscriptae sunt glossae, ex. gr. etiam e Commentario Turc.° Šamāi (+ post a. H. 1000) petitae. De Codd. Lugd.-Bat., qui hoc opus

(1) De anno mortis, v. Sprenger *A Catal. of the Ar., Pers. and Hind. Mss. of the libr. of the king of Oudh*, p. 346 sq. Minus recte in Cat.° Dozyi II, p. 114 legitur, eum ineunte Sec. 8^o occisum esse.

cjusque Commentarios exhibent, vid. Dozy, *Cat.* II, p. 114 sq.

N. CLXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 142, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, in cujus Catal.^o ob malam descriptionem nescio sub quo num.^o lateat (1).)

Codex in 8^o, 341 paginarum, charact. نستعلیق perspicue et nitide scriptus et ligaturâ antiquâ, sed deinde redintegratâ, bene compactus. Singulae paginae, in duas columnas divisae, 15 versus exhibent. In subscriptione (p. 341) librarius notavit, se hoc exemplar absolvisse die Lunae, medio m. Sawwâl a. 950 et nomen suum esse Ahmed 'ibn Moçtafâ 'ibn Jusof. Continet بستان auctore Sa'dî (+ 691), v. Hâgî-Cal. II, p. 52 sq., opus nuper etiam (a. 1858) a Ch. H. Graf editum. De Codd. Lugd.-Bat. v. Dozy *Cat.* II, p. 113 sq.

N. CLXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 148, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 59, n. 40. — In initio Codicis legitur, librum oriundum esse e bibl. Letteî.)

Codex in 8^o, paginarum 414, charact. نستعلیق manu impeditâ, sed valde perspicuâ et eleganti scriptus et ligaturâ recenti compactus. Ab initio et fine mutilus est, ita ut de libri aetate aut scribâ nihil constet: quae vero desunt, paucissima videntur, nisi fallor, folium tantum unum tam in initio quam in fine Codicis (2). Continet Diwânium Poëtae cele-

(1) Num. enim 6999 in p. 604 servatur in Bibl. Lugd.-Bat. sub n. 1244.

(2) Obiter moneo, sex ultima Codicis folia (p. 403—414) inserenda esse inter pagg. 336 et 337. Pag. 402 ultimam operis paginam exhibet.

berrimi حافظ (+ 791), v. Hâgî-Cal. III, p. 272 sq., cujus H. Brockhaus inde ab a. 1854 novam editionem parat. De Codd. Lugd.-Bat. v. Dozy, *Cat.* II, p. 118 sq.

N. CLXX.

(Ex Willm. Cat. n. 146, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 59, n. 41. — In initio hujus etiam Codicis notatur, librum oriundum esse e bibl. Letteî. Praeterea conspiciuntur signum Mss^{orum} Golii, Misc. 4^o. 25; ac re verâ sub hoc num.^o (Cat. p. 17) hic liber noster memoratur.)

Codex in 8^o, 245 paginarum, charact. تعلیف nitide scriptus et bene conservatus. Anni notâ scribaeque nomine caret. Continet opus notissimum, jam saepius editum, c. t. يوسف وزليخا auctore Gâmi (+ 898), v. Hâgî-Cal. VI, p. 519. De Cod. Lugd.-Bat. v. Dozy, *Cat.* II, p. 120.

N. CLXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 144, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 604, n. 6994.)

Codex in fol. minore, 274 paginarum, quarum quaeque 16 versus complectitur. Charact. نستعلیق nitide scriptus est, sed nonnihil vermibus arrosus. Ceteroquin Codex bene est conservatus et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. In subscriptione legitur, Codicem absolutum fuisse die 10^{mo} mensis Rabîz posterioris a. Ar. 1097 (1). Continet طفر نامه auctore Hâtifi (+ 927), v. Hâgî-Cal.

(1) In Cod. exstat .١٩٧.

IV, p. 176. De Cod. Lugd.-Bat. v. Dozy, *Cat.* II, p. 122; aliis exemplaribus, ibi enumeratis, addi possunt Codd. a Sprengero, l. l. p. 422, *A Catal. of the Bibliotheca Or. Sprengeriana* p. 79 (n. 1412) et a Rödiger, *Z. d. D. M. G.* XIII, p. 237 (Codd. Quatremèrei, qui hodie Monachii asservantur) memorati.

N. CLXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 187, p. 28. De origine hujus Codicis vide supra ad Num. CLXIV (ex Willm. Cat. n. 145).)

Codex in fol., paginarum 101, charact. نسخی satis bene scriptus et optime conservatus. Exaratus est aliâ manu ac N. CLXIV (ex Willm. Cat. n. 145), sed ejusdem aetatis atque originis est. Propterea cum hoc Num. conjunctus fuisse videtur, quia aliud opus ejusdem auctoris Ġāmīz exhibere putabatur (1). Continet autem وماجنون لیلی non Ġāmīz, sed Hâtifīz, modo dicti, v. Hāġī-Cal. V, p. 347. Opus hocce, saepius jam editum, in Codice nostro mutilum tantum exstat: in pag. 95 enim abrupte desinit, dum quinta fere pars operi deest. — Quae in pagg. 6 ultimis leguntur, versus sunt alieni, omni inscriptione carentes, sed e Sadīz Bostāno mihi noti. Exstant in edit. Ch. H. Graf inde a p. 9v usque ad p. 1a (vs. 623—714, Cap.^{is} 1^{mi}).

De Codd. Lugd.-Bat., qui nostrum Hâtifīz opus exhibent, v. Dozy, *Cat.* II, p. 121; exemplaribus, ibi enumeratis, addi possunt Cod. Bibl. Reg. Oudh. (Sprenger, *Cat.* p. 421), Cod. Berolin. (olim Sprengerianus, n. 1410, *Cat.* p. 79) et Cod. Gothanus (n. 85 e *Cat.* Pertschīz).

(1) Sic statuebat adhuc Willmetus, v. *Cat.* l. l.

N. CLXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 151, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, in ejus Catal.^o ob malam descriptionem nescio sub quo num.^o lateat (1).)

Codex in 8° min., 184 paginarum, charact. نستعلیق nitidissime scriptus in chartâ diversi coloris et optime conservatus. Singulae pagg., lineis aureis inclusae, 13 versus continet. E subscriptione apparet Hāġum Mohammed Samarqandensem Damasci a. H. 979 eum absolvisse. Continet Diwānum poëtae سقا (+ 962), de quo v. Sprenger, *A Catal. of the libr. of the king of Oudh*, p. 559 sq. Hujus Diwāni sic incipientis:

پا زسر کرده براه طلبیش حبرانم
که من فطره کجا وهوس عمانم

non alia exemplaria mihi innotuerunt, nisi quae memorat Sprenger l. l.

N. CLXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 155, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, ejus vide Catal. p. 59, n. 37. — Hic Codex, qui etiam Lettezi fuit, oriundus est e bibl. Golii, v. ejus Cat. p. 20, ubi est n. 61 inter Misc. in 4^o.)

Codex in 8°, 249 paginarum, charact. تعلیق nitidissime scriptus et ligaturâ orientali satis bene compactus. E subscriptione patet, eum absolutum

(1) Num.ⁱ 6998 et 7001 in p. 604, qui ambo » Carmina quaedam Persica » exhibere dicuntur, ut probabile est, iidem sunt qui Num. noster et Num. CLXVIII (ex Willm. Cat. n. 142).

fuisse feriâ 2^a, die 15^o mensis Rabîr posterioris a. Ar. 1055 a librario, qui se ipsum vocat محمد بن هاشم بن نصير بن محمد. Continet نل دمن auctore أبو الفيص بن مبارک, vulgo فيصى dicto et a. 1004 mortuo, v. Hâgî-Cal. VI, p. 384. De auctore v. Hammerus, *Gesch. der schönen Redek. Persiens*, p. 400 sqq. Opus nostrum, a. 1003 ab eo compositum, bis jam editum est, v. Sprenger, *A Catal. of the librar. of the king of Oudh*, p. 402. Alia exemplaria servant Codd. Bodl. (Uri) n. 170 in p. 300, (Ouseley) 16, Dresd. n. 321, Havn. n. 128, 129 et 141 a. 1) et Berolin. n. 1395 e Catal. Sprengerî (p. 79). — In Bibl. Lugd.-Bat. aliud opus: مرکز ادوار ejusdem auctoris exstat, nempe Cod. 1329(1) v. *Cat.* II, p. 122 sq.

N. CLXXV.

(Ex Willm. Cat. n. 149, p. 22. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 8^o, 326 paginarum, scriptus in chartâ lineatâ charact. نسخى ad تعليف vergente, satis perspicuo. Paginae in duas columnas divisae et lineis rubris inclusae, singulae 19 versus continent. Bene conservatus est et compactus ligaturâ orientali. E subscriptione apparet librarium الحجاج مصطفي بن Bagdâdensem, incolam Halebi feriâ tertiâ d. 13^o m. Sawwâl a. H. 1070 eum absolvisse.

Continet opera poetica Tâlibi Amolensis (طالب آملی) + 1035 sive 1036, v. Sprenger, *A Catal. of the libr. of the king of Oudh*, p. 575. Inde a p. 1—115 exstant carmina in laudem Sultâni Hindostânici جهانگیر پادشاه (regn. a. H. 1014—1037), ejus Vezîri Abû'l-Qâsim aliorumque. A p. 116—147 reperiuntur مثنویات, a p. 149—304 gazelae, a p.

304—315 مقطعات ac denique a p. 316—326 ejus رباعیات. Non alia hujus operis exemplaria mihi innotuerunt, nisi quae memorat Sprenger l. l.; fragmenta tantum complectuntur Cod. Petrop. n. 328(23) et Cod. Gothanus 9(11, a) (e Cat. Pertschiî p. 23).

E. Historici argumenti.

N. CLXXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 188, p. 28. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinî (n. 68), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemseni, cujus vide Catal. p. 166, n. 1819. — Fuit olim Golii, in cujus Catal. exstat in *Addendis inter Lib. Mss. Compact. in 4^o*, n. 2 (cf. p. 18, n. 39).)

Codex in 4^o, 150 paginarum, charact. نستعلیق nitidissime scriptus et optime compactus ligaturâ orientali. E subscriptionibus (p. 89 et 150) apparet, librarium Çadro'ddin Mohammed ibn-Gasfar 'Icfahânensem mense Sabâne anni 1034 utrumque opus, quod Codex complectitur, absolvisse. Continet 1^o. (p. 1—89) نظام التواريخ auctore viro celeberrimo 'al-Baiçawio, qui a^o. 674 hunc librum composuit; v. Hâgî-Cal. VI, p. 334, et in primis de Sacy in *Not. et Extr.*, Tom. IV, p. 672—699. Exemplar vero nostrum ad finem tantum dynastiae Selguquidarum decurrit (ap. de Sacy l. l. p. 686(1)). De Cod. Lugd.-Bat. v. *Cat.* III, p. 1 sq., ubi simul indicatur, ubinam hoc opus alibi servatur. — 2^o. (p. 91—150) quaedam ex historiâ illâ notissimâ Hâtimî Tâyitac (2) eo consilio

(1) Cod. noster et Lugd.-Bat. 681 re verâ exhibent, quod de Sacy in n. (r) conjecerat.

(2) Calcuttae et Constantinopoli Persice et Turcice prodit haec historia, in Oriente celebrata. Versio Anglica, a Duncan Forbes procurata, a. 1830 Londini edita est.

excerpta, ut liberalitatis, quâ adeo excellebat, laudes celebrarentur. Auctor est الحاشفي الكاشفي, vulgo dictus الواعظ الهروي (+ 910), qui aliis scriptis, ethicis praesertim, inclaruit. Ut e praefatione, liberalitatis encomio dicatâ, apparet, hunc librum sub auspiciis Sultani Abû-l-Gâzi Hosain, cujus urbs هراة sedes regia erat, a° 891 composuit. Opus hocce, Hâgî-Califae ac mihi etiam aliunde ignotum, statim post bismillam incipit ab his versibus (Metr. المتقارب)

بنامِ خدائى كه بخشنده اوست
بر آرنده كارِ هر بنده اوست
كريمى كه دل داد و جان آفريد
ز جودش وجود جهان آفريد

N. CLXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 189, p. 28. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 57, n. 4.)

Codex in fol., 263 foliorum, charact. نسخى nitidissime scriptus et compactus corio Turcico, intus serico oblecto. De anni notâ et nomine scribae nihil proditur. Continet تاريخ نادى auctore Mirzâ Mahdî Cân Mâzandarânî (1), qui a. H. 1171

(1) In Cod. nostro haec legitur inscriptio: كتاب تاريخ

درى (نادى ا). مشهور بتاريخ جهان كشا من كلام درى (نادى ا). مشهور بتاريخ جهان كشا من كلام ميرزا مهدى خان مازندرانى, quae sic item exstat in Cod. Hafn. n. 63 (v. Cat. III, p. 23). E titulo autem تاريخ جهان كشا, hic memorato, Willmetus male conjecit Alâ.oddinum Alâ.o'l-Molk al-Gowainî (+ 681) auctorem esse. Hoc longe aliud opus est, quod servat Bibl. Lugd.-Bat. in Cod. 1185 (v. Cat. III, p. 7 sq.)

hoc opus absolvit. Liber, notissimus e versione Jonesii c. t. *Histoire de Nader Chah*, 1770, editus est Calcuttae a° 1846. Alia exemplaria exhibent Codd. Bodl. (Ouseley) 316 et 525, Petrop. 304, Hafn. 62 et 63 et Societ. Reg. Asiat. Brit. et Hibern. 146 et 147 (Morley, *Cat.*, p. 138 sq.).

F. Astronomici argumenti.

N. CLXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 51, p. 11. Ab hoc acquisitus est a. 1813 casu fortuito pro levi dono.)

Pagg. 16 in fol. maj., lineis aureis inclusae, diversisque coloribus et auro distinctae. Exhibent Calendarium Persicum, nitidissime exaratum, sed mutilum; desiderantur enim uterque mensis Rabî et Gomādâ, tam prior quam posterior, ita ut 8 menses hic tantum reperiuntur. Annum, ad quem pertinet in foliis nostris laceris non inveni, sed ad sec. H. 11^{um} pertinere mihi videtur.

G. Medici argumenti.

N. CLXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 52, p. 11. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 601, n. 1128.)

Codex in fol., paginarum 584, charact. تعليق bene scriptus et ligaturâ orientali optime compactus. De nomine librarii annique notâ nihil proditur. Continet 1° اختميارات بيديعسى, auctore بنى عبدلى بنى حاجى زين العطار الحسبين الانصارى, qui a. H. 770 (1) hunc librum composuit et in hono-

(1) Hâgî-Cal. I, p. 197 ex praefatione auctoris hunc an-
29*

rem reginae, *بدیع الجمال* nuncupatae, hoc titulo ornavit. Opus est bipartitum: pars *prior* (p. 1—504) ordine alphabetico medicamenta *simplicia* recenset, et in Codice nostro praeter scholia Armeniaca notas marginales Persicas adjectas habet, quae pronunciationem docent vocum ordine alphabetico recensitarum. Hae notae Persicae, ut probabile est, petitae sunt ex opere, quod filius auctoris post patris mortem concinnavit, quodque memorat Seligmann, *Ueber drey höchst selt. Pers. Handschr.*, 1855, S. 24 sq. Pars *posterior* (p. 505—552) medicamenta *composita* secundum classes exhibens, in variis operis exemplaribus vario modo se offert. Redactio vero antiquissima eaque maxime vulgaris ea est, quae in 16 capita divisa, a medicamentis

المراحم dictis incipit et desinit in المفرحات. Haec prostat in Codice nostro, ut et in Cod. Lugd.-Bat. 558 (1). Scholia Armeniaca ad hanc partem paucissima sunt. — (2^o) fragmentum operis medici Persici, 16 foliis constans, mutilum tam ab initio quam a fine. Fragmentum hoc dignissimum sane est, cujus ratio habeatur: pertinet enim ad opus et antiquissimum et hodie rarissimum, cujus in Europâ nihil, quantum novi, nisi duo alia fragmenta exstant, Cod. Vatic. (Hamm. *Lett.* III, n. 158) et Cod. Acad. Or. Vind. n. 578, quae *libros* 5^{um} et 9^{um} exhibent. Opus volo ذخیره خوارزمشاهی dictum, auctore Zaino'ddīno 'Ismā'īl al-Gorgānī (+ 535) (2),

num desumsisse videtur; in *nonnullis* enim operis exemplaribus tempus, quo compositum est, memoratur. Sic idem annus designatur in Cod. Lugd.-Bat. 1326. In nostro tamen Codice a. 779 exstat.

(1) Eandem sequuntur Codd. Bodl. (Uri) 62 et 63, item, si bene memini, uterque Codex Paris. 150 et 157, quos Parisiis a^o. 1858 degens raptim inspexi.

(2) Annus 530 apud Hāgi-Cal., ed. Flügel, III, 162

10 (1) sive 12 *libros* complectens, quod in gratiam principis خوارزمشاهی composuit, v. Hāgi-Cal. III, p. 330. Fragmentum nostrum exhibere partem operis dicti, docet inscriptio in fol. ejus 1^o v. obvia:

باب بیست پنجم اندر آنکه بیستم از کتاب ششم از ذخیره خوارزمشاهی اندر احوال زنان و بیماریهای

باب بیست پنجم اندر آنکه ایشان, in quâ verba calamo expunxit librarius, sed گفتار; quod ei addendum esset, addere neglexit. Hoc vocabulum enim desiderari, apparet ex iis, quae statim sequuntur: و این گفتار چهار جزو است: in quibus vox چهار item expuncta est et superscribitur ۳. Hinc ergo apparet in fol. 1 v. incipere sermonem 20^{um} e libro 6^o operis nostri, qui sermo agit de iis, quae feminis accidere solent carumque morbis. Dividitur ille in 3(4) partes: pars 1^a agit de menstruatione ejusque paucitate et abundantia et distribuitur in 5 capita. Capite autem 3^o hujus partis 1^{ae} in fol. 5 v. nondum finito, argumento et custode testibus, derepente subsistimus, dum in fol. 6 r. in re plane aliâ versamur. Hinc enim usque ad finem fragmenti (fol. 16 v.) agitur de coitu, debilitate quae inde nascitur, cibis potibusque corroboran-

(v. VI, 507) memoratus, dum alibi III, 330 et I, 368 annus 531 et 535 exstat, sine dubio est falsus. En quid 'al-Baihaqi in Cod. Lugd.-Bat. 133 d (*Cat.* II, p. 292 sqq.) narrat: زين الدين اسمعيل بن الحسن (sic) النجرجاني:

صاحب ان ذخیره الخوارزمشاهیة وغيرهما رأيتہ بسرخس في سنة ٥٣٥ وقد بلغ من العمر اطوريه.

(1) V. Ch. Stewart, *A descr. Catal. of the Or. Libr. of the late Tippoo Sultan of Mysore*, p. 106, ubi liber divisus esse traditur in Praefationem et 10 Capita.

tibus aliisque rebus cum his conjunctis. Inscriptio-nes item docent haec omnia ex alio *sermone* petita esse, fol. 6 r. incipere a fine *Cap.^{is} 6ⁱ partis 3^{ae} sermonis* 19ⁱ et fol. 16 v. desinere in *Cap. 24* ejusdem partis ejusdemque sermonis (1). Quae autem e quo *libro* desumpta sint, in nullâ inscriptione indicatur. Sed ecce! custos folii 16ⁱ convenit cum verbis, quae in initio fol.ⁱ 1ⁱ r. leguntur; argumentum idem confirmat, unde non tantum elucet *partem 3^{am} sermonis* 19ⁱ libri 6ⁱ continere 24 (2) Capita, sed etiam certissimum fit, fragmentum nostrum ex opere dicto exhibere finem *sermonis* 19ⁱ et initium *sermonis* 20ⁱ e *libro* 6^o.

Inter Auctores, quos vidi citatos, sunt Galenus, Tabit ben Qorra, ar-Râzî et Avicenna (3).

N. CLXXX.

(Ex Willm. Cat. n. 53, p. 11. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 57, n. 6.)

Codex in fol., paginarum 566, charact. نستعلیق bene scriptus et compactus ligaturâ orientali. Aetas et scriba in hoc etiam Codice non memorantur. Continet idem opus, de quo ad Cod. praeced. sub num. 1^o sermo fuit. Pars *prior* (p. 1—474) significationem vocum, ordine alphabetico recensitarum, linguâ Latinâ in margine adscriptam habet. Pars *posterior* (p. 477—551) prorsus differt ab hac parte,

(1) Ne in his quidem foliis omnia recto ordine procedunt. Custos enim fol.ⁱ 12 cum verbis initialibus fol.ⁱ 13 non congruit.

(2) Quisque nunc facile intelligit, unde verba «caput 25^{um}» erronea in inscriptione fol.ⁱ 1ⁱ v. (v. supra) ortum duxerint.

(3) Fol. 2 r. citatur etiam كتاب حفظ الصحة i. e. (v. Stewart l. l.) *liber* operis nostri 3^{us}.

in Codice praeced. obviâ itemque ab eadem parte, quae in Codice Lugd.-Bat. 1326 exstat, quamquam, si argumentum spectas, cum utrâque multa communia habet. Divisa est in unam مقالة et duas جملة (1); *maqāla* agit de arte remedia componendi, جملة *prior* de medicamentis compositis, quae inter قرابادينات locum tenent, et *posterior* de iis, quae in quovis morbo sunt probata. Quum his tribus rebus finem imposuerit, aggressurus est Auctor, Deo volente, tertium opus: كتاب سيوم از معالجات در امراض مختصه. Haec sunt, quae in praefatione promittit. In ipso libro vero exstat *maqāla* (p. 477—479), جملة *prior* (quae inde a p. 479 ad p. 547 usque percurrens et in 10(11) *maqālāt* distributa, mixto ordine fere omnes 16 illas classes recenset, de quibus ad Cod.^{em} praec. mentio facta est) et fortasse etiam (p. 547—551) *posterior*. Tunc autem verbis: واين كتاب را باينقدر ختم كرديم از

جہت آنکہ درين كتاب تکرار بسيار واقع شده subito liber desinit, Auctore non opus esse ducente ulterius hac in re progredi. — Inde a p. 553—566 adjicitur index ad partem priorem operis اختيارات بديعي. In hac enim nomina medicamentorum cet. linguâ Arabicum scripta exstant, et sic, quamvis ad ordinem Alphabeti disposita, in quaerendo molestias creant hominibus earum regionum, in quibus lingua Persarum viget. Huic incommodo subvenire voluit Auctor indicem nostrum componendo, in quo nomina Persica, ordine Alphabetico exhibita, nomina Arabica sibi habent subjuncta.

(1) Cf. Freytag, *Lex.* in v. فن. Saepius in Codice scribitur جملة.

- hanc fortasse ob causam, quia hic agitur de praestantiâ Alîz prae ceteris profetis. Post bis-millam sic incipit: *بدان كه هر سخنى كه*
 شخصی آنرا بظهور مى آوود در باب معتقدات
 مى بايد
- 3°. (p. 70—79) رساله ان قال يوسف لابيہ sive tractatum de somnio Josefi (Sūr. 12, vs. 4—6).
- 4°. (p. 80—90) ترجمه آية الكسى sive explicationem Sūr. 2, vs. 256. Praemittuntur quaedam de hujus versûs vi atque virtute.
- 5°. (p. 90—103) رساله روح sive tractatum de Sūr. 17, vs. 87.
- 6°. (p. 104—129) introductionem in (1) خطبة البيان. De خطبة البيان s. dictis, quae Alio adscribuntur, v. II. C. III, p. 160 et Ms. Vatic. (Ar.) 580(5). Initium est: *سپاس نام محصور وستايش موثو الخ*
- 7°. (p. 130—154) عجزيات. Tractatus, qui docet, omne conamen ad ipsam rerum naturam et veritates sublimiores cognoscendas esse irritum nisi quod instituat via cabbalisticâ, ab Auctore indicatâ. Philosophus et theologus impares sunt huic rei perficiendae. In hoc tractatu, qui sic incipit: *حمدًا لمن جعل امير المؤمنين وامام الخ*, et *المسلمين من كان عارفا بذاته وصفاته الخ* امام, citantur dicta virorum celeberrimorum, ut *شيخ عطار*, *جلال الدين رومى*, *فخر الدين رازى*, *نصير الدين طوسى*, aliorumque.

(1) Titulus manu recentiore inscriptus *شرح خطبة البيان* minus recte se habet. Singula enim dicta non explicantur.

- 8°. (p. 156—162) tractatum, qui inscribitur: *شرح عجزيات*, sed qui initium (1 pag.) tantum explicat tractatûs praecedentis.
- 9°. (p. 164—184) بحث اسم مسما Tractatus cabbalisticus, qui sic incipit: *ستائيش بر كمال نثار ذاتى است كه اسماء الخ*
 Adjicitur (p. 185) dictum Mohammedis Arabice et Persice, auctoritate 'ibn-Masudi' relatum.
- 10°. (p. 188—211) tractatum, qui (ut patet ex praefatione) agit de sensu hujus versus:
جز حروف اندر نهان و آشكار
نيمست چيزى گر تو مى يابى بيار
 Hic tractatus, cui recentior manus titulum *شكر وستايش* inscripsit, sic incipit: *ذاتى را كه از لبت حروف كلام او بدلائل الخ*
- 11°. (p. 212—222) رساله آم غلمت الربم sive tractatum de Sūr. 30, vs. 1—5.
- 12°. (p. 222—225) tractatum de hoc dicto Mohammedis: *ان قلوب العباد بين اصبعين من اصابع الرحمن كقلب واحد يصرفه كيف يشاء*
- 13°. (p. 226—266) فضيلت قران. Continet hic tractatus (ut in praefatione legitur) traditiones nonnullas *در باب فضائل قران* et in fine (inde a p. 246) *در ميان علماء اسلام* مسئله چند. Initium *دائرسد در حدود و قدم كلام الله*. *شكرًا على دين الاسلام حمد الخ* est:

- 14°. (p. 268—299) *s. tractatum de* نفائس الحقائق
وصف جميل: Incipit hoc modo: علم الحروف
بسر وجه تعظيم الخ
- 15°. (p. 300—333) *Est alius tractatus de* ما حصل
ستایش ما لا یخصی: sic incipiens: علم الحروف
و سپاس در غایت اقصی السخ
E fine hujus libelli patet, auctorem anonymum aequalem
fuisse viri docti شرف الدین الیزدی (+ 850).
- 16°. (p. 334—338) *tractatum, qui hunc versum*
explicat:
بچشم خدا بین خود دیده ام
صفاتى كه ذات خدا را نبود
- 17°. (p. 339—344) *tractatum, agentem de explica-*
tione verborum: انا النقطة تحت الباء
- 18°. (p. 344—361) *tractatum cabbalisticum, cui in*
marginē: قسمت الصلوة بينى وبين عبدى: من محمود (?)
نصفين الخ

β. Religio Christiana.

N. CLXXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 6, p. 5. Ab hoc emtus est e
bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 57, n. 5
et 7.)

Codices 4 in fol. min., 1^{us} 217, 2^{us} 299, 3^{us} 453
et 4^{us} 515 paginarum, charact. نستعلیق manu sa-
tis perspicuâ in chartâ gossypinâ scripti et bene con-
servati. Recenti ligaturâ compacti sunt orientalem
in modum. Anni notâ carent. Tomus 1^{us} (et reli-
qui eodem plane modo) sic inscriptus est: به نام
حضرت عیسی المسیح خداوند ما وشفاغت قدوس طوما

کتاب اول در باب حقیقت قنولیکیه ضد اضلال
امنان در ضلالت آبادنشیمان از تصانیف قدوس طوما
حکیم در علوی مراتب علوم واقصای درجات فصیلت
رسیده وماجتهد سر آمده ترجمه اش از زبان فونکی
به زبان پارسی بدست پادری پدرو عبد والدت عیسی
از جماعت پادریان پابرهنه مشهور به عنوان جماعت
Quatuor his voluminibus con-
tinetur Persica versio celebrati operis Thomae Aquina-
tis (vixit sec. 15°); inscripti *de veritate Catholi-
cae fidei contra errores gentium*, et quatuor
Libris constantis, quorum singuli hîc separato volu-
mine continentur. Editum est ex. g. Venet. a° 1480
et Antverp. 1612. Versio haec, quam Codd. nostri
omnibus numeris absolutam exhibent, facta est, ut
inscriptio docet, *a Patre Pedro, servo Matris
Jesu, ex ordine Patrum nudipedum* (1) (s. di-
scalceatorum), *noto epitheto ordinis monachorum
montis Carmeli*. De his Carmelitis discalceatis vid.
Helyot, *Histoire des ordres religieux*, Tom. I,
Chap. XLVIII. — Aliud exemplar hujus versionis
Persicae servat Cod. Bibl.^{ae} Vatic. n. 59.

I. Juridici argumenti.

N. CLXXXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 39, p. 9. Ab hoc emtus est
a. 1805, a quo, non patet.)

Codex in 8°, 182 paginarum, in chartâ gossyp.
charact. نستعلیق nitide et perspicue scriptus, sed

(1) Sic enim illud پابرهنه intelligendum.

ligaturâ destitutus. Satis bene conservatus est; posterior tamen ejus pars per humorem nonnihil passus est. In fine exaratus esse dicitur a *میسرزاد محمد* die Veneris mensē Rabīo priorī anni H. 1092. Continet partem *priorem* operis, juridici dicam, an theologici, *جامع عباسی*, quod *بیہاء الدین محمد عاملی* (+ 1031), jussu *Šāhi Abbāsi Magni aḡ-Ḥafawī* (+ 1037), composuit, sed non absolvit. Operis enim, quod ex proposito scriptoris 20 capita complecteretur, capite 5^o tantummodo finito, Auctor morte abripiebatur. Post ejus vero obitum discipulus ipsius *نظام بن حسین ساوی* reliquam partem supplevit. Hunc librum, in Oriente celebratissimum, in usum suum adhibuerunt, ex coque nonnulla ediderunt *Relandus*, *de Rel. Moh.* passim et *Chardinus*, *Voyages en Perse* (cf. ed. *Langlesii* VI, p. 326 sqq., VIII, p. 64 et alibi). E *Cat. Bibl. Sprengerianae* p. 43, n. 654 patet, eum in urbe Lucknow ope lithographiae jam prodisse. Exemplar nostrum praesertim versus finem quodammodo abbreviatum est, uti apparet, collatis *Codd. Lugd.-Bat.* n. 1202 et 1283, qui ambo partem item *priorem* exhibent. Partem *posteriorem* servant *Codd. Lugd.-Bat.* n. 1327 et 1607. Praeterea opus nostrum exstat in *Codd. Dresd.* n. 538 (pars I), *Havn.* n. 6 (pars II), cf. etiam n. 4 e *Codd. mixtis* (*Cat.*, p. 65), *Radcl.* (*Fraser*, p. 52) et *Vatic.* n. 13 (1); cf. item *Stewart*, *a Cat. of the libr. of Tippoo Sultan*, p. 156, n. 89.

(1) Codex hiece *Relandi* fuit, qui duo exemplaria nostri operis possidebat, v. *Ind. post lib. de Rel. Moh.* n. III, coll. *Catal. Mss.* ejus p. 10, n. 1 et 2. Alterum exemplar servat *Bibl. Lugd.-Bat.* sub n. 1283.

V. Libri Turcice scripti, aut ad linguam et litteras Turcicas spectantes.

A. Vocabularia; colloquia.

N. CLXXXV.

(Ex *Willm. Cat.* n. 78, p. 14. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 8^o, 39 paginarum, charact. نستعلیق perspicue et nitide scriptus cum omnibus vocalibus et satis bene conservatus. Ligaturâ compactus est antiquâ, quae deinde redintegrata est. Paginae inclusae sunt lineis rubris et in margine plurima addita scholia Turcica, ejusdem scribae manu sed minoribus litteris. In fine haec exstat subscriptio: *حضره الحقیق مصطفی کاتب زاده فی شهر محرم حرره الحرام سنة ۱۱۱۱*. Continet librum notissimum et quam maxime vulgatum *تحفة شاہدی*. *Šāhidi*, ejus auctor, a. 957 mortuus est.

N. CLXXXVI.

(Ex *Willm. Cat.* n. 77, p. 14. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4^o, 93 paginarum, charact. نستعلیق scriptus fere sine vocalibus et involucre chartaceo recenti ligatus orientalem in modum. Exaratus est manu *Steph. Schultzii*, et subscriptio: *سوده حسین* videtur ad exemplar, unde hoc nostrum petitum sit. Continet idem opus, ac *Num. praecedens*. De *Codd. Lugd.-Bat.*, qui hunc librum offerunt, v. *Dozy*, *Cat.* I, p. 102.

N. CLXXXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 153, p. 23. Incertum, unde ad hunc venerit)

Codex in 4°, paginarum 57, bene compactus. Caractere نسخی distincte scriptus est anno H. 1044 ab ipso auctore. Exhibet vocabularium Arabico-

Turcicum, تحفه فدائی dictum, quod, versibus conscriptum, Mohammed quidam, cujus nomen poetium erat فدائی (floruit sec. H. 11^{mo}), in usum puerorum praesertim composuit. Post Codicis initium:

حمد اول الله كم يوتدى جهان
آدمى قلدى اكرمى اعيان
انبيائى كتوردى آدمى
انبرى اكرم ايتدى عالمى
انبيائى ايجره اول شه اعظم
ايلدى هم محمى خاتم
ويردى اغز اغزده قويدى نسان
cet. هم لسان ايجره قلدى نطق عيان

inde a versu:

بعده بن فقير وبيچاره مبتلا غريب وآواره

Mohammed noster narrat, se, miseriâ atque inopiâ coactum, patriam (1) reliquisse, et aliquam-

(1) I. e. عین تاب (v. Tuch in Z. d. D. m. G. IV, p. 513).
Ad hanc nominis compositionem auctor ipse alludit in versu:

diu urbes regionesque peragrasse, donec tandem in urbe طره بلوس sedem denuo fixit. Hic pueris docendis victum sibi quaesivit, et vocabularium conscripsit Arabico-Turcicum ad normam vocabularii Persico-Turcici Sâhidiani, quod non solum, hujus instar, versibus constat, varias metrorum species referentibus, sed nomen etiam simile gerit.

Vocabularium ipsum, in 15 sectiones (بضع) divisum, sic incipit (pag. 6):

تنگوى الله رسول پيغمبر هم خبرجى نبى اولو اكبر
قلاوز در دليل خور دليل هم كتير اولدى چوق واز قلايل

Vocabula Arabica litterâ ع, Turcica vero litterâ ت, infra lineam scriptâ, notata sunt, quod signum autem in posteriore libri parte disparet. Sectionem 15^{am}, s. ultimam excipiunt خانمة الكتاب, et حساب; huic capitulo sequens exemplum subjungitur, anni notam prodens quo liber scriptus sit:

حساب ابجدى بلدك اى جان
كتابتك تاريخى ايله اذعان
بو مصراعك حرفك صاى سراپا
قودك دهره فدائى تحفه اعلا

فى سنة ١٠٤٤ كان اختتامها على يد الفدائى

Opus hocce, quod auctor 12 dies se absolvisse dicit, aliunde mihi non innotuit.

ليک اولمشدى مولدم عنتاب

اولمشيدم او شهرده بى تاب

N. CLXXXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 76, p. 14. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 605, n. 7015.)

Codex in 16°, 152 paginarum, in chartâ lineatâ diversi coloris nitide scriptus charact. نستعلیق, multis additis vocalibus. Libellus quamquam consutus, non ligatus, optime tamen conservatus est. E clausulâ patet eum die 1° mensis Moharrami a. 1104 in urbe Smyrnâ fuisse absolutum. Continet vocabularium, ut e praefatione patet, itidem, ut Num. praec., ad normam libri Šahidiani compositum, et Arabico-turcicum. Distributum est in 32 sectiones pro numero metrorum et sic incipit:

اله الخلف علام الكفايا مفيد الخبير قسم العنايا

N. CLXXXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 80, p. 15. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 605, n. 7013.)

Codex in 16°, 207 paginarum, perspicue scriptus in chartâ diversi coloris et punctis vocalibus instructus. Optime conservatus est. De ejus aetate vide infra ad Num. CXCI (ex Willm. Cat. n. 96). Con-

tinet, ut in titulo dicitur, كلمات تركية sive vocabularium Turcicum, ordine alphabetico dispositum. Incipit a voce ابتدا ایلمک. In margine adscribitur non tantum vocabulorum Turcicorum pronuntiatio, sed et interpretatio Italica; verum inde ab initio litterae ن haec desiderantur. Vocabulario p. 192 absoluto adjicitur باب المصاحبة, dicta quaedam vulgaris exhibens. — Bibl. Lugd.-Bat. nuperrime a°. 1860 Codicem acquisivit, n°. 1686 notatum, qui non so-

lum argumento prorsus cum nostro conspirat, sed etiam ab eodem scribâ mihi exaratus videtur. Forma itidem est in 16°, paginae num.° 207, charta diversi coloris. Pronuntiatio et interpretatio Italica, quae ab alio viro atque in Codice nostro hîc vocibus Turcicis superscribuntur, in hoc exemplari ad finem usque perductae sunt.

N. CXC.

(Ex Willm. Cat. n. 82, p. 15. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 146 paginarum, ligaturâ chartaceâ recenti compactus orientalem in modum et bene conservatus. Hic Num., ut et Num. CXCH (ex Willm. Cat. n. 92), cum quo olim conjunctus erat, manu Schultzii perspicue scriptus est. In utroque Numero singulae paginae in duas columnas divisae sunt, quarum altera Turcica, altera versionem Gallicam continent. Numerus noster voces et phrases Turcicas, alter ille dialogos, ut videbimus, exhibet. Willmetus utrumque opus separavit, nesciens fortasse (quod etiam in neutro horum indicatur) ea ambo descripta fuisse e libro *Grammaire Turque*, a° 1730 Constantinopoli edito, cujus auctor fertur Holderman e Soc. Jesu (1). In nostro Numero constant, quae ibi p. 68—143, et in Num. CXCH, quae ibidem p. 144—194 leguntur. Pronuntiatio tantum vocum Turcicarum, litteris Latinis in libro laudato adscripta, in apographis nostris desideratur.

(1) Obiter moneo, quod Catal.° Dozyi I, p. 104 addatur, Codicem Lugd.-Bat. 1362(2) ex eodem libro fuisse descriptum. Exhibet enim, quod in lib. l. exstat p. 68—126.

N. CXCI.

(Ex Willm. Cat. n. 96, p. 16. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultzei, cujus vide Catal. p. 605, n. 7014.)

Codex in 16°, 125 paginarum, in chartâ diversi coloris nitidissime scriptus, additis vocalibus, et bene conservatus. Anni nota deest, sed aliunde innotuit: collatis enim Num.° CLXXXIX (ex Willm. Cat. n. 80) et Codd.^{us} Lugd.-Bat. 1591 et 1686, patet, eundem librarium, qui nostrum Codicem scripsit, hos etiam Codices exarasse. Unus ex his, Cod. 1591, anni notam gerit, nempe a. Ar. 1113 (1), unde reliquorum aetas sequitur. Omnes hi dicti Codices, qui formâ quoque inter se prorsus conveniunt, opuscula elementaria diversi generis exhibent. Noster

continet *تَرْسُجِه تَكَلِمَات*, ut in titulo legitur, sive *Dialogos Turcicos*, num.° tres, quorum geminum exemplar hic Codex complectitur, hoc tantum discrimine, quod prius (p. 1—64) caract. *نسخی*, alterum (p. 68—125) caract. *دیوانی* exaratum est. Inter utrumque (p. 65—67) exstat alphabetum caract. *دیوانی* scriptum. Hinc igitur abunde patet, hos dialogos imprimis inserviisse characteri implicato *Diwānico* addiscendo. Primis 6 paginis adscripta est pronuntiatio et versio Italica.

N. CXCII.

(Ex Willm. Cat. n. 95, p. 16. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, 73 paginarum, ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum. Scriptus est a°

(1) Sic enim lege in *Cat. Dozyi* I, p. 181. Annus Ar. 1113 = a. Chr. 1701—2.

1755 manu St. Schultzei (1). Exhibet colloquia 4 Turcica, a J. C. Clodio (*Grammatica Turcica*, 1729, p. 107—179) litteris Latinis edita, quae (v. Praefatio ad Coll.) Jacobum Nagy de Harsani, Nob. Hung., serenissimi Electoris Brandenburgici olim Consiliarium, Auctorem habent. Haec colloquia, omissâ versione Latinâ, turcicis characteribus usus descripsit Schultzeus.

N. CXCIII.

(Ex Willm. Cat. n. 92, p. 16. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Liber in 4°, paginarum 78, eodem modo ligaturâ chartaceâ compactus et manu Schultzei perspicue scriptus. Exhibet colloquia 20 Turcica cum versione Gallicâ; sed quia hic Numerus proprie partem format posteriorem Num.ⁱ CXC (ex Willm. Cat. n. 82), a quo Willmetus eum separaverat, Lectorem ad illum Num.^{um} relego.

B. Metrici argumenti.

N. CXCIV.

(Ex Willm. Cat. n. 152, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii (n. 69), qui eum sibi comparaverat

(1) In Diario Ms. (n. 196 ex Willm. Cat.) p. 692 ad diem 4^{um} m. Julii, dum Alexandriae versabatur, inter alia haec Schultzeus annotat: »Vormittage schrieb ich an den »Türkischen Gesprächen, welche der H. Clodius zu Leipzig »mit Lateinischen Buchstaben hat abdrucken lassen, diese »schrieb ich mit Arabischen." Cf. etiam p. 837, ubi die 3 m. Augusti al-Qahiræ haec colloquia se absolvisse dicit. Hinc patet, quo jure hunc librum, in quo nihil hac de re notatur, a Schultzeo exaratum dixi. Willmetus tamen (v. ea, quae in libri initio scripsit) idem jam conjecerat.

e bibl. Willemseni, cujus vide Catal. p. 166, n. 1820. — Willemsenus hunc Codicem emit e bibl. Adriani Relandi (v. Cat. Mss. in 4^o, n. 42 in p. 8), qui a^o. 1696 eum nactus erat e bibl. Golii, in cujus Cat. exstat inter Misc. in 4^o, p. 19, n. 54.)

Codex in 4^o, 287 paginarum, charact. نستعلیق perspicue scriptus et ligaturâ antiquâ bene compactus. Ut e subscriptione apparet, librarius, qui se ipsum vocat عبد الكريم بن نعمان Çafar a. Ar. 1053 eum absolvit. Continet بحر المعارف auctore Sorürîo (+ 969), qui, uti in fine Codicis traditur, mense Çafar a. Ar. 956 hoc opus composuit. Vid. de eo Hâgî-Cal. II, p. 21 sq. et Hammerus in *Jahrb. d. Liter.*, Vol. 62, *Anz. Bl.* p. 12. De Cod. Lugd.-Bat. 451(1) v. Dozy *Cat.* I, p. 119.

C. Epistolaris argumenti.

N. CXCIV.

(Ex Willm. Cat. n. 197, p. 29. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Cat. p. 57, n. 9. — Walravenus eum emit e bibl. Willemseni (v. Cat. p. 165, n. 731), qui eum sibi comparaverat e bibl. Relandi, v. Cat. librorum ejus Mss. p. 2, n. 18.)

Magna charta convoluta, charact. نستعلیق perspicue et emendate scripta, quae pactum commerciale exhibet a^o. H. 1043 (= a. Chr. 1633) inter Sultânûm Moradem IV et Ordines Belgii Foederati initum. Insignia privilegia nostratibus in eo concessa sunt. Consul noster, qui tunc Constantinopoli erat, et cujus in hoc pacto item mentio fit, Cornelis Haga erat. — In Catal. Relandi haec epistola perperam *authentica* dicitur; non est nisi *apographon*. Autographon ipsum servatur Hagae Comitum in *archivis*, ut ajunt, patriae nostrae, quod comperi ex versione

Belgicâ, autographo adjunctâ, quae benevolentia viri Doctissimi R. C. Bakhuizen van den Brink mihi commodata fuit.

N. CXCVI.

(Ex Willm. Cat. n. 87, p. 15. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinii, in cujus Catal. eodem fasciculo continetur ac num. 27, 28, 33, 34 et 36.)

Codex in 4^o, 280 paginarum, charact. Diwânî perspicuo exaratus et corio tectus. Si quid ex exemplis diplomatum, hic allatis, efficere licet, Codex scriptus est circa a. H. 1100, fortasse (cf. p. 132) in urbe Smyrnâ. Est unus e multis illis libris, qui formulas epistolarum cet. exhibent, ex quibus alii edocerentur, quomodo epistolas ad diversos viros mitterent. Inscribitur: فی زماننا مستعمل انشا مفید , et incipit: باعث تسطیر کتاب انشا الحج , ومختصر در . Auctor, cujus nomen nusquam memoratum vidi, in praefatione narrat, se ex aliis similibus libris opus suum concinnasse. Ad hoc argumentum igitur pertinent omnes 3 partes, quae in Codice nostro observantur, 1^a p. 1—74, 2^a p. 78—132, quae انشاء انشا پیر بلاغت وفصاحت inscribitur, et stylo elegantiori conscripta est, et 3^a p. 141—261, quae diplomata complectitur. — Arcissime cum his tribus cohaeret 4^a pars, p. 262—280 in Codice obvia et هذا لغات في زماننا مشكلات انشا inscripta. Est simile glossarium atque illud, quod in Num. XXXV (ex Willm. Cat. n. 74) sub n^o. 4 exstat, quodque vocabula difficilia, Arabica et Persica, in epistolis occurrentia, Turcice explicat. Hoc nostrum ordine alphabetico dispositum est et incipit a voce اخلاص .

N. CXC VII.

(Ex Willm. Cat. n. 86, p. 15. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 602, n. 3841. — E fol. 1^o apparet, hunc Codicem olim fuisse Hermannii van der Horst (1).)

Codex in 4^o, 72 paginarum, charact. نسخی nitide scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti bene compactus orientalem in modum. De aetate aut scribâ nihil constat. Inscribitur در قاعدۀ انشا, et complures formulas epistolarum, syngrapharum, cet. complectitur. Est idem opus quod exhibet Codex Lugd.-Bat. 1268 (vid. Dozy *Cat.* I, p. 181), qui charact. Diwânî scriptus est. In ultimâ pag. exstant numerorum notae Arabicae ab ١-٩ et mox per numerum denarium usque ad multa millia.

N. CXC VIII.

(Ex Willm. Cat. n. 84, p. 15. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in fol., 52 paginarum, charact. Diwânî bene scriptus et ligaturâ recenti compactus. In initio Codex non tam vetustate, quam usu tritus mihi videtur; Codex enim recentior est (2). Continet كتاب انشا, librum praecedentibus similem, qui sic incipit: الحمد لله الملك الكبير الواحد القهار الخ. In fine exhibentur ارقام سباق, numerorum figurae, e nominibus Arabicis decurtatae; cf. supra Num. CLX (ex Willm. Cat. n. 213).

(1) Hujus item fuit Cod. Lugd.-Bat. (olim Schult.) 1267 (Dozy *Cat.* I, p. 183).

(2) Hoc confirmari videtur ex anno ١١٣٣, qui memoratur in formulâ p. 51 obviâ.

N. CXC IX.

(Ex Willm. Cat. n. 85, p. 15. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4^o maj., 53 paginarum, charact. Diwânî nitide scriptus et bene compactus orientalem in modum. De aetate aut scribâ nihil refertur. Continet opus, praecedentibus simile, cujus vero neque peculiaris titulus neque auctor memoratur. Statim enim sine ullâ inscriptione, vel sine bismillâ incipit ab hac epistolae formulâ: اقرانندن اقرانه يازلمشدر, cujus hoc est initium: الوف تحيمات صافيات الحج. Varia hujus generis exempla magno numero usque ad finem Codicis se excipiunt.

N. CC.

(Ex Willm. Cat. n. 210, p. 31. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4^o maj., 40 paginarum, charact. Diwânî et نسخی perspicue scriptus et optime conservatus. Olim junctus erat cum Numeris CCXXII, CCI et CCII (ex Willm. Cat. n. 204, 205 et 209), qui omnes, ejusdem originis, unum fasciculum videntur formasse. Willmetus eos separavit, et, quatenus licitum erat, singulos (nempe n. 205, 209 et nostrum) singulari ligaturâ compingendos curavit. Hos quatuor ejusdem originis dixi: prodierunt enim, quamquam in Codd. 209 et nostro nulla hac de re mentio fit, ex officinâ Schultzi et Woltersdorffii, quorum hic Codicem nostrum scripsit (1). Continet, ut Num. i

(1) Ex iis, quae in Praefatione hac de re dixi, sequitur, Codices etiam ambos praecedentes (ex Willm. Cat. n. 84 et 85), ut equidem puto, e collectione Schultzi et Woltersdorffii in nostram transiisse. Quo jure autem statuum Codi-

praecedentes, varias formulas epistolarum, syngropharum, cet., omnes duplici charact., *Diwāni* et نسخی, exaratas.

N. CCI.

(Ex Willm. Cat. n. 205, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4^o, 48 paginarum, charact. نسخی, partim charact.^o *Diwāni* illi adjecto, perspicue exaratus et bene compactus; vid. ad Num. praec. Continet » *Turcica varia sive Miscellanea collecta ab A. F. Woltersdorffio*, استانبول، 1763, ut hic ipse suā manu in pag. 1^a notavit. Sunt diversa exempla epistolarum, diplomatum cet., quae ille descripsit et partim Latine vertit. Cf. infra Num., qui ex Willm. Cat. est n. 97, sub n. 1^o et 2^o.

N. CCII.

(Ex Willm. Cat. n. 209, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Codex in 4^o, 25 paginarum, charact. *Diwāni* scriptus et bene compactus; vid. ad Num. CC (ex Willm. Cat. n. 210). Utrum manus *Schultzi*, an *Woltersdorffii* Codicem nostrum exaraverit, dijudicare non ausim, licet *hujus* manum hic deprehendere equidem mihi videar. In hoc libro *Woltersdorffius* (sive *Schultzius*) se exercuit in charactere *Diwāni* scribendo. Linea, quae in paginā supremā exstat, in quāvis paginā bis, ter aut saepius scribendo repetitur. In initio reperitur praeceptum,

ces hujus argumenti ab his duumviris non tantum descriptos sed et acquisitos esse, apparet e libro *der Leitungen des Höchsten* V, p. 17 et 480 sq.

Arabice, quomodo atramentum nigerrimum, idque splendens componatur.

D. Argumenti ad Litteras Humaniores pertinentis.

N. CCIII.

(Ex Willm. Cat. n. 140, p. 22. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 602, n. 3849.)

Codex in 4^o, 141 paginarum, charact. نسخی nitide scriptus et bene conservatus. Nomen scribae et anni nota non memorantur. Continet 1^o. p. 1—126

شرح دیباجہ کتاب گلستان, s. *Commentarium in Praefationem libri گلستان* (de quo libro v. supra N. CLXI et sqq.) auctore Mahmūd ibn 'Otmān ibn 'Alī, vulgo *Lāmī* dicto (+ 938), v. Hāgī-Cal. V, p. 231. De *Lāmī*o, poëtā 'Otmānico celeberrimo, v. von Hammer, *Gesch. der Osman. Dichtkunst*, Tom. II, p. 20 et sqq. Auctor in longā praefatione narrat se a^o H. 910 hunc librum composuisse. Initium est: *یا من تعالی عن ثناء الاخلاقی جناب قدسک*. Alterum exemplar exhibet Cod. Caes. Vind. n. 305 (apud Flügel. in *Jahrb. d. Lit.* Vol. 100, *Anz. Bl.* p. 12) (1). — 2^o. p. 126—141 libellum de Grammaticā Persicā agentem. Commentario praecedenti finito, statim sine ullā inscriptione hic libellus sic incipit: *ایسا (2) محبوب القلوب یسر الله لک*

(1) Cod. Gothan. n. 65 (e Cat. Pertschii p. 94 sq.), qui itidem commentarium turcicum in Praefationem libri گلستان exhibet, sed incerti auctoris, a nostro quoque diversus est.

(2) Hinc error ille in Cat. Willm'.

المطلوب النسخ، post quae verba illico traditur divisio in Praefationem et 2 Capita. *Praefatio* exponit de modo quo vocabula in linguâ Persicâ derivata, derivantur deque conjugationibus regularibus et irregularibus. Haec pars tantummodo in Codice nostro exstat. *Caput* 1^{um}, quod مصادر ومضارع، et *Cap.* 2^{um}, quod لغات أسماء، و صيغتهن بيان ايدر و ذوات بيان ايدر، hîc desiderantur.

N. CCIV.

(Ex Willm. Cat. n. 183, p. 28. Ab hoc emtus est e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 602, n. 3851. — Exstitit hoc exemplar in Bibl. Golii (vid. Catal. Mss. ejus n. 64 misc. in fol.), qui nomen suum paginae 1^{ae} adscripsit.)

Codex in fol. min., paginarum 466, caract. نسخى nitidissime scriptus additis vocalibus. Paginae 8 priores a recentiore manu, tomi supplendi causâ, sunt additae; hîc illic praeterea conspicitur manus ab utrâque dictâ diversa. Anni nota deest: in fine enim paucissima videntur desiderari. Continet, uti in titulo legitur, الموسوم (sic) كتاب من كتاب المجلد الثانى من كتاب (sic) القرآن الكبشى، sive *Tomum* 2^{um} libri القرآن الكبشى

dicti. Est historia fabulosa, ab Abū Tahir Mūsā Tartūsī enarrata, et ex linguâ Persicâ in Turcicam conversa. Argumentum hujus Tomi 2ⁱ accuratius tradit Cl. Tornberg in Cat. Bibl. Upsal. p. 67—69. Alia hujus operis exemplaria exhibent Codd. Paris. n. 335—337, Havn. n. 16 (*Cat.* p. 57) et Upsal. n. 117.

E. Poëtici argumenti.

N. CCV.

(Ex Willm. Cat. n. 156, p. 23. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 59, n. 42. — In fine Codicis notatur, eum esse e Bibl. Lettei; in ejus initio videtur esse signum Mss. torum Golii.)

Codex in 8° min., 120 paginarum, caract. نستعليق nitide scriptus et ligaturâ antiquâ bene compactus. Anni nota deest. Continet شاه و گدا auctore poëtâ Turcico Jahjâ as-Sibtawio, qui sec.^o H. 10^{mo} exeunte mortuus est. Carmen est ultimum ejus خمسة، v. Hâgi-Cal. III, p. 176 et IV, p. 12. De poëtâ conf. Hammerus, *Gesch. d. Osm. Dichtk.* III, p. 32 sqq.; opus ejus, e quo M. Wickerhauser (*Chrestomathie*, Wien, 1853, p. 39v sq.) particulam edidit, frequens est: exstat enim in Bibl. Bodl. (Uri) n. 931(3), p. 202 et n. 29, p. 307 sq., Upsal. n. 208, 209 et 210(1), Dresd. n. 76, Monac. n. 62 (ap. Flügelium in *Jahrb. der Liter.* Vol. 47, *Anz. Bl.*; p. 23), Acad. Or. Vind. n. 219 (2 exempl.), Caes. Vind. n. 214—216 et 521 (ap. Hammerum, p. 27 et 57) et Ducis Parmae (ap. Hammerum in *Bibl. Ital.* 59, p. 189), *Paris.* 346—351, 367, 368(1)

N. CCVI.

(Ex Willm. Cat. n. 154, p. 23. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 119 paginarum, in chartâ lineatâ scriptus caract. نسخى majore et perspicuo, ad نستعليق vergente. Bene conservatus est et compactus ligaturâ orientali. E subscriptione apparet, eum fuisse absolutum شاه سنة الاحرام سنة ٢٨ شى

Continet carmen, خيرية dictum, poëtae Nabîz

(+ 1124), de quo, ut de opere nostro, multis exposuit Hammerus, *Gesch. d. Osm. Dichtk.* IV, p. 49 et sqq. Aliud hujus operis exemplar servat Bibl. Caes. Vind. n. 410 (ap. Flügelium in *Jahrb. d. Liter.* Vol. 100, *Anz. Bl.*, p. 20).

F. Historici argumenti.

N. CCVII.

(Ex Willm. Cat. n. 179, p. 27. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 159 paginarum, charact. نسخى incomte exaratus, additis vocalibus, ceteroquin bene conservatus. In fine tantummodo legitur كَتَبَهُ الفقيه على Codex in 4°, 159 paginarum, charact. نسخى incomte exaratus, additis vocalibus, ceteroquin bene conservatus. In fine tantummodo legitur كَتَبَهُ الفقيه على; ejus aetas recentior est. Continet تَحْقِيقُ العاشقين, librum, in 15 capita divisum, qui tractat فضائل مكة والمدينة والقدس والخليل. Auctor شيخ e 120 libris arabicis se illum concinasse in praefatione dicit. Cap. 1^{um} (p. 5—50) de Meccâ, 2^{um} (p. 51—71) de al-Medinâ, 3^{um}—14^{um} (p. 71—144) de Hiërosolymis, et 15^{um} (p. 144—159) de Hebrone exponit. Opus hocce, cujus Auctor magis Theologum, quam Historicum agit, non magni sane est momenti. Alia exemplaria exhibent Codd. Paris. n. 133 et 134, Dresd. n. 64 et Upsal. n. 257.

N. CCVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 182, p. 27. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinî (n. 81^a), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemsenî, cujus vide Catal. p. 166, n. 1818. — Willemsenîo cessit ex bibl. Relandî, cujus vide Catal. p. 6, n. 17, coll. Indice Mss. post librum ejus de *Rel. Moh.* n. XI. Relandus

denique eum emit e bibl. J. Golii, in cujus Cat. exstat p. 24 inter misc. incomp. in 4^o sub n. 8 (vid. ibi etiam n. 9).

Codex in 4°, 70 paginarum, charact. نسخى nitidissime scriptus et ligaturâ corneâ bene compactus. De ejus librario atque aetate vide supra ad Num. CXI (ex Willm. Cat. n. 50) ibique not. (1). Continet سبحة الاخبار, genealogiam prophetarum, regum et magnatum inde ab Adamo usque ad Sultânum Solaimân filium Selimî (qui regnavit ab a. Ar. 926—974, sive 1520—1566), quam Jusof ibn-Abdi'l-latif e linguâ Persicâ Turcice vertit. Nominibus propriis, quae circellis, variis pro prophetis aliisque, includuntur, notae passim adjectae sunt. Haec genealogia, e quâ Wilh. Schickardus exiguam partem edidit Tubingae, 1628; sub tit. *Tarich h. e. Series Regum Persiae*, deinde continuata est ad Morâdum filium Selimî (qui regnavit ab a. Ar. 982—1003, sive 1574—1595) a viro, qui hujus Sultânî tempore vixit (1), tandem ad Ahmedum III (qui a. Ar. 1115, sive 1703 regnum occupavit) a Relando, pristino exemplaris nostri possessore (v. supra) (2). Ipsum illum Codicem, e quo Schickardus librum suum edidit, possidet Bibl. Guelferbytana sub n. 31 (in Cat. Fleischeri p. 78 sq.). Duo alia exemplaria, n. 522 et 523, servat Bibl. Petropol., in cujus Cat. p. 468 sq. titulus male traditur سبحة الاخبار, unde Dorn minus feliciter statuit, opus nostrum versionem esse operis Persici c. t. سبحة الاخبار auctore Derwîso Mohammed, vid. Hammeri *Gesch. d. Osm. R. I.*, p. xxix. Praeterea liber noster exstat in Bibl.

(1) Nomini Principis verba: خلد ملكه subjunxit.

(2) Relandus possidebat versionem Latinam hujus operis, a Golio factam et hujus manu scriptam, v. Index Mss. ejus post librum de *Rel. Moh.* n. XI et ejus Cat. p. 3, n. 29.

Caes. Vind. n. 143 et Paris. n. 46 (Cat. p. 309, ubi is, qui opus Turcice vertit, perperam Jusof ibn-Abdi'Zahî vocatur).

G. Astronomici argumenti.

N. CCIX.

(Ex Willm. Cat. n. 49, p. 10. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in formâ min., 97 paginarum, charact. nitide scriptus et ligaturâ chartaceâ compactus orientalem in modum. E subscriptionibus utriusque tractatûs, quos Codex continet, patet, librarium, qui se ipsum vocat عبد الاتيم اف عيساى بسن (sic) حسين, medio mense Sabane anni 1157 eum ad finem perduxisse. Continet 1° (p. 1—50) رسالة مقنطرات anonymi auctoris. Post doxologiam sequitur haec brevis praefatio: بو رساله مقنطرات ديمكله متعارف اولدى آلت ربع دائرة اقسامى ندر علمارينى بيان ايدر نيچه مثالر ايله بر مقدمه اوزرينه ودخى يكرمى باب اوزرينه تركيجه ترتيب ايلدم تا كه طابلمه آسان اوله. Pro 20 capitibus, praeter introductionem, in quae Auctor in hac praefatione opus spum divisisse testatur, in ipso libello 21 offeruntur. (1) فى 1^{um} cap. ; رسالينك بياننده در Introduction فى معرفة وضع 2^{um}, معرفة الاخذ (sic) الارتفاع

(1) Inscriptiones capitum Arabice exhibentur, sed statim Turcice vertuntur.

المبرى على درجة الشمس, et sic porro. — 2° (p. 51—97) , كفايت الوقت لمعرفة الدائر وفصله والسمنت (1) , auctore مصطفى بن على, qui Constantinopoli in templo Sultani Selimi munere توفت fungebatur, regnante Sultano Solaimano I (a. H. 926—974). Hoc opus, in introductionem et 12 capita divisum, item exstat in Codd. Bodl. (Uri) Turc. n. 52(1) et Acad. Or. Vind. n. 350; conf. Petrop. n. 547(1), Upsal. n. 330(1) et Lips. n. 10(5), qui alia similia opuscula Auctoris nostri offerunt.

N. CCX.

(Ex Willm. Cat. n. 46, p. 10. Numerus hic et sequens (ex Willm. Cat. n. 45) una procurati sunt per Abbatem Ghesquiereum (2), qui de utriusque historia tradit: » il est trouvé dans la cassette d'un des grands Vizirs. »)

Codex in 3° maj., 48 paginarum, charact. nitidissime scriptus et bene compactus. Librarius nullam adjecit notam. Continet: 1° (p. 1—34) calendarium ad annos H. 1061 sqq., statim incipiens a tabulâ, quae exhibet عرّة عريية نك نجوميسين, ut titulus in روزنامه نو (p. 35—46) 2°; وشرعيسين Codice traditur, sive روزنامه استخراج شمسيه quemadmodum aliud exemplar, in Cod. Lugd.-Bat. 1259(7)

(1) Sic titulus traditur in nostri Codicis praefatione; alibi aliter, cf. v. c. Krafft ad Cod. Acad. Or. Vind. n. 350 (Cat., p. 140).

(2) De hoc viro docto, a^o 1802 aut 1804 mortuo, v. Nouvelle Biographie générale, publiée par M. M. Firmin Didot Frères, et Encyclopédie von Ersch und Gruber in v.

N. CCXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 27, p. 7. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinzi (continebatur nempe eo fasciulo, qui signatus erat 81*), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemseni, cujus vide Catal. p. 167, n. 1774.)

Codex in 8° min., 118 paginarum, in chartâ gossyp. scriptus charact. نسخی, manu perspicuâ, additis vocalibus. Nitide compactus est ligaturâ recenti. De anno et scribâ nihil constat. Continet, ut e titulo patet, کتاب برکلی, sive Catechismum Turcarum, a Mohammed 'ibn Pir 'Alî Birgeli (s. Birgevi), + 981, anno 970 compositum, v. H. C. III, p. 373. Libellus est notissimus et sub tit. رسالہ خبری saepius jam editus, ex. g. in edit. a. H. 1261 (1845), p. 1 (1).

N. CCXIV.

(Ex Willm. Cat. n. 8, p. 6. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4° min., 341 paginarum, charact. نسخی bene scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Ut e subscriptione

(1) Quod in Cat. Willmeti hic liber dicitur » ex Keschâf » translatus" inde derivandum, quod librarius post opus absolutum (in p. 118) phrasi: امنت بالله العظمیٰ العظیم haec verba subscripsit: وتوكلت على السحبي القبيوم نقل من الكشاف. Manifestum autem est, haec scribae oblectamenta nequaquam ad opus nostrum pertinere.

1^{mae} partis (p. 282) apparet, librarius امير بن محمد (1) exeunte mense Dû'l-Qada a. H. 1002 eum absolvit. Continet 1°. (p. 1—282) کتاب راحت القلوب, *librum quietis animorum*, incerto Auctore. Hoc opus, consilio, jam in titulo indicato, scriptum, divisum est in duas partes. Pars prior (p. 1—175), quae dogmata religionis fundamentalia tractat (اصول), complectitur capita 4 seqq.: 1^{ma} (p. 6—19) الله (p. 19—46), 2^{ma} الله تعالىنك بولكن بلمكده در رسول الله (p. 46—129), 3^{ma} الله تعالىنك صفاتن بلمكده در الله تعالىنك (p. 129—175) et 4^{ma} نبوتن بلمكده در قرآنده حكيم وخبيرن ورسول الله آخرته متعلق خبرن بلمكده در. Pars posterior (p. 175—282), quae عام مشايخده در, complectitur 8 capita, quorum hac sunt inscriptiones: 1^{ma} (p. 175—191) توبه, علم اوكرنمكده در (p. 191—205), 2^{ma} ايلمكده در (p. 205—231), 3^{ma} عملك موانعن بلمكده در (p. 231—258), 4^{ma} عملك عوارضين بلمكده در (p. 238—248), 5^{ma} عملك آفتلرن بلمكده در (p. 248—265), 6^{ma} عملك بواعثن بلمكده در (p. 265—272), 7^{ma} مشايخ طونن كيبكده در (p. 272—282), 8^{ma} (p. 282—329) tractatum, qui inscribitur کتاب اما بعد بلکه بو رسالته: (2). Ejus argumentum statim in initio his traditur verbis:

(1) Libri auctor non est, ut ex Willm. Cat.º l. l. efficias.

(2) Sub diversis formis hic tractatus in multis Codd. exstat. Vid. ex. gr. Cod. Dresd. 21(2) et 264(10), Lips. 218(3), Acad. Or. Vind. 172 et Upsal. 127.

حضرت رسوله شيطان لعين حف تعالينك اميله كلب
 نصيحت اندكن بيان ادر 3°. (p. 329—541) bre-
 vissimas precum formulas Arabicas, cum praemoni-
 to Turcico de earum virtute atque vi.

N. CCXV.

(Ex Willm. Cat. n. 178, p. 27. Ab hoc emtus est
 e bibl. J. J. Schultensii, cujus vide Catal. p. 601,
 n. 3825.)

Codex in 4°, 370 (1) paginarum, charact.
 manu perspicua, sed incompta, exaratus, ad-
 ditis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orien-
 talem in modum. E subscriptione 1^{mi} operis, p. 266
 obvia, patet, librarium حسيبن die 10^o men-
 sis Gomādæ posterioris a. H. 1017 hoc absolvisse in
 urbe Algeriâ (في دار النجهاد ماكروسه جزائر). Con-
 tinet 1°. (p. 1—266) كتاب دقائق الاخبار في الحديث
 i. e., ut Fleischerus (*Cat. Lips.* p. 552) tradit, كتاب
 احوال القيامة turcice redditum. Capita, quae magno
 numero hic liber complectitur, maximam partem
 enumerata sunt in *Cat. Havn.* III, p. 62; ultimum,
 ibi memoratum, (باب في ذكر النار), in *Cod. nostro*
 exstat p. 196. Sequuntur p. 208 باب في ذكر

النار p. 215 ---, النيرانية p. 215 ---, جيوتهم
 --- الوان عذاب p. 222, وطعنا (و طعام ل) وشرايهم
 --- ابواب الجنة p. 244, اهل النار على قدر اعمالهم
 --- اهل الجنة p. 260 --- الكورى p. 255 Alia
 hujus operis exemplaria exhibent *Codd. Lips.* n. 351

(1) Pagg. enim 7 priores quaedam continent, ab ipso ope-
 re aliena.

et *Havn.* n. 1, 6) (*Cat.* l. l.), qui mutilus est. —
 2°. (p. 267—540), sine inscriptione, expositionem de
 precibus praesertim earumque vi. — 3°. (p. 541—539)
 dicta Prophetæ, quadraginta numero et quod exce-
 dit. Statim post bismillam sic incipiunt: قال النبي

عم اربعة جواهر في ادم الخ
 in p. 559 abrupte desi-
 nunt. Similis collectio exstat in *Cod. Lugd.-Bat.*
 1556(5), qui incipit ab eadem traditione. Haec
 Codicis pars tantummodo Arabice scripta est. — De-
 nique 4°. (p. 360—370) quaedam de precibus ex
 traditione.

N. CCXVI.

(Ex Willm. Cat. n. 42, p. 9. Ab hoc a. 1821 emtus
 est a viduâ defuncti V. D. M. Timmermans Hu-
 bert.)

Codex in 4°, 514 paginarum, charact. نسخي
 manu perspicua scriptus, additis fere ubique vocali-
 bus, et orientali more bene compactus. E sub-
 scriptione apparet, exeunte mense Sabane anni H.
 1062 eum fuisse absolutum a librario, qui Adriano-
 poli natus erat. Titulus et nomen Auctoris in Co-
 dice non memorantur. Statim post bismillam sic
 incipit: باب فضل العلم قال النبي صلعم طلب العلم
 فريضة على كل مسلم ومسلمة، معنسى بو در كم
 پيغمبر حضرت عم بيورر كيم علم طلب ايلمك
 فريضة العلم. Caput hocce, in quo *de scientiæ*
praestantiâ ex traditione (1) praesertim agitur,

(1) Per نقلدر plurimorum virorum celeberrimorum dicta
 aut historiae per totum caput referuntur.

pertinet ad p. 222; hoc excipit **باب فضل العلماء** **usque ad p. 227**, hoc **باب زهد العلماء وبعدهم** **usque ad p. 234**, hoc **denique** **عن السلطان وصيولته** **usque ad p. 262**. Sequuntur duo loci laudati e **مسند البخاري** et

احياء علوم الدين لامام الغزالي. — Inde a p. 263 **med. sine ullâ inscriptione incipit novum opus**, quod video esse **كتاب دقائق الاخبار في الحديث** v. Num. praec. CCXV (ex Willm. Cat. n. 178) sub n. 1°. Percurrit in Codice nostro inde ab init. usque ad finem Cap. (1) **في ذكر كراما كتيبين**

net quae in altero illo Codice leguntur a p. 1—100. Tandem a p. 308, ubi opus illud desinit, (sed tam occulte ut vix animadvertas ad alia esse transitum), usque ad Codicis finem dicta nonnulla Prophetae adducuntur.

N. CCXVII.

(Ex Willm. Cat. n. 211, p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinzi (n. 81), qui eum sibi comparaverat e bibl. Willemseni, cujus vide Catal. p. 167, n. 1838. — Fuit antea Adr. Reland, qui illum acquisivit Hagae Comitum a. 1700.)

Codex in 4°, foliorum 142, charact. نسخي perspicue scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Anni notâ scribaeque nomine caret. Hic Codex, cujus initium et finis desiderantur, plura opera continet, omnia theologica. *Primum*, fol. 1—88 v., in octo consesus (مجلس) divisum est, quorum hic adsunt 2^{us} (fol.

(1) Vid. Sur. 82, vs. 11.

17 r. — 34 v.), qui **تويبه فصلتين بيان ادر**, 5^{us} (fol. 34 v. — 40 r.) **ادرا وقدر سوزلرين بيان ادر**, 4^{us} (fol. 40 r. — 44 v.) **ادرا رجب آينوك مزدن بيان ادر**, 5^{us} (fol. 44 v. — 50 r.) **ادرا رمضان آينوك مزدن بيان ادر**, 6^{us} (fol. 50 r. — 59 r.) **ادرا رمضان آينوك ثوابن بيان ادر**, 7^{us} (fol. 59 r. — 67 r.) **ادرا قدر كجسنك فضيلتين بيان ادر**, 8^{us} (fol. 67 r. — 88 v.) **ادرا فطره صدقسن بيان ادر**. Pauca igitur

huic operi, de cujus titulo et Auctore nihil inveni, in Codice nostro desunt. — A fol. 88 v. — 92 r. sequitur *secundum* opus, historiam Idrisi prophetae exhibens. Statim post opus 1^{um} absolutum incipit ab his verbis: **انندن صغره سي ادريس پيغامبر عليه السلام قصده**. — Opus secundum inde a fol. 92 v. — 100 v. *tertium* excipit, historiam prophetae Gırgisi complectens et similiter incipiens: **بندن صغره جرجيس پيغامبر عليه السلام قصده**. — *Quartum*, fol. 101 r. — 124 v., continet, ut e titulo patet, **حكايات من عجائب المخلوقات**, sive narrationes e libro **عجائب المخلوقات** petitas. — *Quintum*, fol. 124 v. — 141 r., continet nonnullas, e libro

Sextum, s. ultimum, fol. 141 r. — 142 v., jam in ipso initio abrupte desinens, de iis agit, quae traditio in historiâ Salomonis de cantu avium refert.

N. CCXVIII.

(Ex Willm. Cat. n. 212, p. 31. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 58, n. 32.)

Codex in 4^o, 121 paginarum, charact. نسخی bene scriptus et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Librarius nullam adjecit notam, ex quâ aut ipsius nomen aut Codicis aetas cognoscere-tur. Neque titulum, neque Auctorem libri ullibi memoratum vidi. Post bismillam incipit a Qorânz Sūrâ 1^a et quatuor versibus prioribus 2^{ae}, post quae

statim sequuntur verba: حامل الرقيم متوكلا على الله الملك المعين الخ. Auctor, vir qui, ex intimo pectore Islâmo addictus, nihil tanti faciebat quam Deum religiosissime colere, in hoc libro viam monstrat quâ cultus ille rite exerceatur et hunc in finem inter alia de decem fundamentis exponit, quibus vera religio superstructa sit; sunt: زهد, تسوية, ذكر, عزلة, قناعت, توكل

مراقبه, صبر, توجه, ذكر, عزلة, قناعت, توكل et رضا. Opus versibus scatet.

N. CCXIX.

(Ex Willm. Cat. n. 38, p. 9. Ab hoc emtus est e bibl. Walraveni, cujus vide Catal. p. 59, n. 45. — In initio Codicis haec verba leguntur: A. 1680 emptus Leydae 8 Aprilis.)

Codex in formâ minimâ, 257 paginarum, charact. نسخی negligentius sed satis perspicue scriptus, passim additis vocalibus, et ligaturâ pergamenâ bene compactus. De Codicis aetate et scribâ nihil traditur. Est unus e multis illis libris, qui preces Arabicas continent cum institutione Turcicâ de earum origine sive vi. Incipit pag. 1 a دعای مهیر سلیمان, sequitur p. 21 دعای نور, tum p. 77 praecepta ma-

gica, p. 104—185 دعاء عكاشة, دعاء حيزب البحر, دعاء

دعاء et دعاء قبر, دعاء ايمان المبارك, دعاء جميل كفرن, quae sex preces omnes institutione tamen Turcicâ carent et postea Codici aliunde insertae sunt, deinde p. 103, 136—179 دعای عهدنامه, p. 179—204 شرح اسماء الحسنی, p. 204 praecepta magica, p. 208 دعاء عرش عظیم, p. 228 دعای ايمان, p. 235 دعاء فضائل, quas preces denique inde a p. 244 usque ad finem denuo praecepta magica excipiunt. Nota res est, quantopere hujusmodi praecepta cum preceationibus cohaereant.

N. CCXX.

(Ex Willm. Cat. n. 34, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. Bruini, in cujus Catal. eodem fasciculo continetur ac n. 27, 28, 33, 36 et 87. Nisi fallor, est idem liber qui in Catal. Willemseni notatur n. 1775, p. 167.)

Codex in 8^o min., 124 paginarum, charact. نسخی satis perspicue scriptus in chartâ gossypinâ et ligaturâ recenti bene compactus orientalem in modum. Multas maculas ex aquâ contraxit et in universum minus bene conservatus est. De aetate et scribâ nihil relatatum est. Est liber similis atque praecedens. Praecedit tractatus Turcicus, sine inscriptione et nomine auctoris, de ratione quâ diversae preces peragenda sint. Sic incipit: الحمد لله الذي جعل الصلوة عماد الدين وبضاعة اهل اليقين الخ. Paginas tantum complet 16. Post hunc tractatum (in pag. 21 et sqq.) ad finem usque Codicis sequuntur preces Arabicae, quibus praemittitur institutio Turcica, nempe: دعاء اسم اعظم, دعاء صلوات, دعاء قدح, دعاء دعاء, دعاء تاج نامه, دعاء خضر الياس, دعاء نور

دعاء هلاكى et دعاء مصطفى , دعاء شريف , حروف دشمان . Magica neque in hoc Codice desiderantur.

β. Religio Christiana.

N. CCXXI.

(Ex Willm. Cat. n. 1, p. 5. Incertum, unde ad hunc venerit.)

Codex in 4°, 453 paginarum, charact. نسخى nitide et perspicue scriptus, additis vocalibus, et ligaturâ recenti compactus orientalem in modum. Anni notâ caret. Continet *versionem Turcicam quatuor Euangeliorum*, quae ubi et a quonam facta sit, non memoratur. Non tamen dubito, quin in ipso Oriente conscripta sit a Christiano quodam, ut Codex ipse arguit et inscriptio docet, singulis Euangeliis praemissa: پيدر وارغل وروح القدس اديله . Differt haec versio tum a versione, quae Oxoniae a. 1666 prodiit, tum ab aliâ, quae Parisiis edita est.

VI. Libri partim Arabice, partim Persice, partim Turcice scripti.

A. Lexicologici argumenti.

N. CCXXII.

(Ex Willm. Cat. n. 204, p. 30. Incertum, quomodo ad hunc venerit.)

Fasciculus in 4°, vix dignus, qui pluribus verbis describatur quàm » *Variae schedulae Arab. et Turc.* » quibus in Willm. Cat.° de hoc Num. mentio fit, Continet enim multas chartulas fere ad

unam omnes manu Woltersdorffii scriptas, quae huic inseruissse mihi videntur in linguis Arabicâ et Turcicâ addiscendis. Maximam partem spectant Lexicologiam.

B. Argumenti ad religionem Moslimicam pertinentis.

N. CCXXIII.

(Ex Willm. Cat. n. 35, p. 8. Ab hoc emtus est e bibl. Bruinzi, in cujus Catal. est n. 82; fortasse est idem liber qui in Catal. Willemseni notatur n. 1772, p. 167.)

Codex in 8° min., 67 paginarum, diversis manibus, sed maximam partem eleganter scriptus et ligaturâ Europaeâ, corio Maroccoano constanti, nitidissime compactus. Continet 1°. a p. 1—6 دائره رجال غيب et غيب , دعاء حاجاب النجوم , دعاء رجال غيب et غيب , فى , ويمكن صكوره ارفناجف دعا , فى مقابلة اعداء , دائره نجوم سكس et معرفة نجوم السكس 5 versus Avicennae ((sic) ابو على سينا), mundi plagam indicantes, quae quovis hebdomadis die vitanda sit. Haec omnia praeter preces, quae Arabice leguntur, turcice scripta sunt. — 2°. Inde a p. 10—35 reperiuntur preces, Arab., quibus initium deest. Sunt fere non nisi obtestationes Dei per ejus attributa et facta. — 3°. Sequuntur p. 36—52 چهل حديث , s. 40 *traditiones* Prophetæ cum paraphrasi, versibus Persicis constanti, Gami, qui a° 886 hoc opus absolvit. Cf. Hagi-Cal. IV, p. 31. Alia hujus libelli exemplaria exstant e. gr. in Bibl. Bodl. (Uri) 336 (p. 94), 26(3) (p. 274), (Nic.) 100(2) et Petrop. 436 et 437, coll. 422(24). — 4°. p. 55—67 Calendarium Turcicum a. H. 1054.